Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31254
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

penitentiam delicti habere sacbant.
Preterea castigari debent apparentibus pdelictis suis. quia sicut male facere assuescunt. ita & bona facerent si p castigationem ad hoc nutrirentur. Quod autem dixi immaculatos. pro eis dixi. qui cum paululum de septennio exierunt. tunc amplius se immaculant pravis operib; quia plus noverunt cogitare de malo. quo no sunt prohibiti abeo. Nam & ipsi quantum possunt operant opus impudicitie ita ut germanitate coniuncti sepe opulentur. nescientes quid faciunt. Tales igitur si de hac vita migrant magnas penas sustinent quo usq; purificentur. quia nulla omnino macula in regnum dei potest intrare. hoc ergo est illos perire de q supra dixi. Tanto autem gravius ac durius pununtur. quo minus orationib; & elemosinis amicos adiuvantur. peo qd eis indigere no queruntur. Vico ergo vobis parentibus & quicunq; parvulos custodiam habetis. Adtendite qm in magna cautela eos custodiatis. quia in vobis redundabunt delicta eorum si neglexeritis eos. Una est pse omnis caro in malum. & idcirco nolite enutrire eos in iniquitatib; vestris. neq; incli netis eos ad ebrietatem & fabulationes vanas & pravas. neq; ad superbiam inducatis eos p delicata educationem. Prohibete eos acerbis impudicis & cum turpis & obsceno cantu & lusibus malis. & riva. & vagatione incauta. Ne rideatis sup delictis eorum. sed mitiga mansuetudinis & verbo correptionis ab omni malo ab abstenere eos quia contumaces erunt si ipsis voluntati relinquant. Incipite autem ab ipsa aurora etatis eorum flectere eos ad timorem dni & inicia facere fidei & orationes dei & omne quod ad mores pertinet auribus frequenter instillare curate. Consumavit autem hic sermonem in octava assumptionis ad lectione verborum istorum. Iuc autem filii karissimi quam pulchra est via vestra cum ipsa. O quam amabilis est pater vester. quam preciosum est primum vestrum in regno celorum. Quod vobis prestare dignetur filius qui manet in patre & pater in filio manens cum spu sco in s. s. Amen.

In anno quo michi pangelum domini annuntiabatur liberuari dei in die quo octavam assumptionis dni nostri ecclesia celebrabat. in hora divini sacrificii fui in excessu mentis & apparuit michi suo more illa consolatrix mea domina celorum. Tunc sicut ab uno ex senioribus nostris premonita fueram rogavi illam dicens. Domina mea placeat ~~michi~~ benignitati tue. ut de hoc certificare nos digneris utrum solo spu assumpta sis in